& teratur in subiectis dicitur. Quamquam
membrorum eius non est subiecta fides;
In fine autem mundi cum omnia membra
regnantem uiderint xpm id est cor
pus suum & ipsa subicientur xpo
id est corpori suo, ut omne xpi corpus
subiciatur do & patri & sit ds omnia
in omnib. Nec ut sit pater omnia
in omnib; Quod proprie tam nomen est
diuinitatis & tam ad patrem quam ad
filium & spm scm referri potest. Ut
humanitas subiciatur diuinitati;
Humanitatem in hoc loco dicimus
non mansuetudinem & clementiam
quam greci filantropia uocant,
sed omne hominum genus; Porro
quod ait ut sit ds omnia in omnib;
hoc sensu accipiendum est; Nunc adque
saluator nec omnia non est in omnibus
sed pars in singulis, uerbi gratia.
In salamone sapientia, In dauid boni
tas, In iob patientia, In danihelo cogni
tio futurorum, In petro fides.
In finees & paulo zelus
In iohanne uirginitas.
In ceteris cetera;
Cum autem omnium rerum finis aduene
rit Tunc omnia & in omnib. erit
& singuli sanctorum omnes uirtutes
habeant & sit xps totus in cunctis,

INCIP AD HELIODORUM
EPM EPITAPHIUM NE
POTIANI PRBI

Ut sit ds omnia in omnib:

XU

GRAN
DES MATE
RIAS INGENIA PARUA NONSUF
ferunt, & in ipso conatu ultra ui
res ausa succumbunt Quantoq;
maius fuerit quod dicendum est tanto
magis obruitur qui magnitudine
rerum uerbis non potest explicare
Nepotianus meus tuus noster im
mo xpi & quia xpi idcirco plus noster
Reliquid senes & desiderii sui iacu
lo uulneratos intolerabili dolo
re confecit, Quem heredem putaba
mus funus tenemus; Cui iam meum suda
bit ingenium cui litterule placere gesti
ent; ubi est ille ΕΡΓΟΔΙΩΚΤΗΣ
noster & cygneo canore uox dulcior;
Stupet animus manus tremit Cali
gant oculi, Lingua balbutit, quid
quid dixero quia ille non audiet
mutum uidetur, Stilus ipse qua
si sentiens & cera subtristior
uel rubigine uel situ obducitur,
Quotiens cumque nitor in uerba prorumpere & sup
tumulum eius epitaphii huius flores spargere totiens im
plentur oculi